



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Einleitung

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

LIBER QUARTUS

De Præceptis particularibus certo hominum statui propriis.

Sicut omnes fideles, sicut præcepta Decalogi, ita etiam alia præcepta, quæ pertinent ad statum & officium uniuscujusque, teneantur scire sub peccato mortali; ita ut ipsa eorum ignorantia vincibilis, (licet non sequatur transgressio) sit peccatum mortale, *Sylv. Sayr. clav. reg. l. 2. c. 9. n. 31. Sanch. Bald. to. 2. l. 1. d. 9. num. 8. & 9.* Hinc post præcepta omnibus communia, agendum de præceptis propriis certo rūm statuum in particulari.

C A P U T I.

De Statu Religioso.

D U B I U M I.

Quæ sit natura Status Religiosi.

REsp. Status Religiosus est fidelium ad Divinæ charitatis perfectionem tendentium, editis votis perpetuæ paupertatis, castitatis, & obedientiæ, stabilis in communi vivendi modus, ab Ecclesiæ approbatus.

Dico, ab Ecclesia: quia et si olim Episcopi Religiones approbare poterant, postea tamen in Concilio Lateranensi, sub Innocentio III. statuum est nova Religio inducatur, nisi approbata à Papa. Ratio est, quia cum Religio sit communitas sacra, in qua debet esse spiritualis jurisdiction, hæc autem à Papa

A

à Papa